

Domine fletum meum, & suscipe verba deprecationis meæ, quæ ego peccator TIMORE perterritus, coram Te loquor, clementissime, mitissime & misericordissime Domine, ne feceris mihi obsecro secundum cuncta opera mea; neq; memineris iniquitatum mearum, quibus ego gratiam tuam, benignissime Domine irritavi. Tantum mihi peccatori, hominum amator optime, temporis concede, ut pænitentiæ spaciū habeam. Gratia tui, quæ delicta juventutis meæ tulit, & senectutis nunc errata perferat --- Tu qui corda scutaris & renes hominum, nostrasq; cogitationes perspicis, nosti me acerbissimo animi dolore coactum, ista ausum in conspectu tuo eloqui. Respice ô Christe Salvator fontes lachrymarum mearum, contritionesq; ac gemitus indignæ mee animæ. Veniat præceptorum tuorum jussio, & me protegat, antequam formidabili jussu tuo imparatus atque confusus deprehendar. Quamobrem supplico Domine, ut veræ pænitentiæ spatium mihi largiaris. Suggerit mihi quotidie viam salutis, & nunquam non me ad vitam trahit Salvator meus, ut salvus siam. Quoties in mentem mihi venit illius diei hora, in qua me repente T. L.
MOR